



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Practica Cancellariae Apostolicae Cvm Stilo Et Formis In Romana Cvria Vsitatis**

**Paulus, Hieronymus**

**Venetiis, 1572**

Quando creatur Canonicus in pluribus Ecclesijs.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10350**

& licitè valeres, ordinaria fuit auctoritate dispensatum, postquam quidem dispensationem clericali caractere fuisti insignitus, præmissorum &c.

Vel sic, Volentes &c. M. magistrum in artibus, qui ut asserit, olim in diocesi Leodien. moram trahens, ab Episcopo Leodien. qui tunc erat ordinarij sui super hoc licentia non obtenta, se aliàs tamen, ut erat, ritè clericali fecit caractere insigniri, quam quidem insignitionem ratam habens, & gratam, apud nos de literarum scientia &c.

Nos volentes te præmissorum meritorum tuorum favoribus prosequi, gratiosis tuis in hac parte supplicationibus inclinati, volumus & tibi, ut asseris, altare sanctorum Simonis & Iudæ in Ecclesia sancti N. in N. Dioc. cuius fructus &c. non excedunt obtinenti, & cui nuper de beneficio Ecclesiastico cum cura, & sine cura ad collationem &c. communiter vel diuisim spectante, vacante vel vacaturo per alias nostras literas gratiosè mandauimus prouideri, auctoritate Apostolica concedimus, quòd prædictæ &c.

Volentes itaque qui in Diaconatus ordine constitutus existis, præmissorum &c.

*Quando creatur Canonicus in pluribus Ecclesijs.*

**V** Num in B. & alium in C. Ecclesijs Canonicatus cum plenitudine iuris Canonici Apostolica tibi auctoritate conferimus, & de illis etiam prouidemus, ac vnam in B. & aliam præbendas in C. Ecclesijs prædictis necnò dignitatem, personatum, administrationem, vel officium alterius earundem Ecclesiarum, & si ad illam, illum, vel illud consueuerit quis per electionem assumi &c.

Vnum Morunianen. & alium D. Ecclesiarum Canonicatus &c. prouidemus, vnam verò M. & aliam D. prædictarum præbendarum, necnon dignitatem, personatum, administrationem, vel officium earundem Ecclesiarum, etiam si ad illam, illum, vel illud consueuerit &c. assumi.

Vnum Paduan. & alium Veron. Ecclesiarum Canonicatus &c. prouidemus, vnam verò Paduan. & aliam Veronen. prædictis præbend. ac dignitatem, vel officium alterius

alterius earundem Ecclesiarum &c.

Vnum beatæ Marię ad gradus Maguntin. & alium sancti Petri Versidien. N. Diocesi in qua maiores & minores præbendę fore noscuntur Ecclesiarum Canonicatus &c. prouidemus, ac omnem in beatę Marię, & aliam ex huiusmodi maioribus præbend. in sancti P. Ecclesiis prædictis præbend necnon dignitatem, personatum, vel officium alterius earundem Ecclesiarum &c.

Vnum Ispalen. & alium Salaman. Canonicatus &c. prouidemus, ac vnã in Ispalen & aliam Salaman. præbend. prædictis, necnon dignitates, personatus, administrationes, vel officia alterius earundem Ecclesiarum, etiam si ad illas, vel illa &c. animarum, dummodo aliqua dignitatũ huiusmodi maior post pontificalem nõ existat &c. plurium cedentium vel decedentium, seu illam quomodolibet dimittentis vel dimittentium, cuiuslibet ipsarum Ecclesiarum Canonici aut Canonicoꝝ in eisdem Ecclesiis, ac specialem quorum quidem præstimonioꝝ, & præstimonialium portionum & beneficiorum &c.

Vnum in Lubicen & alium in B. in quibusquidem, videlicet, Lubicen maiores, medię, minores, distinctę, Chorales, Psalmes, Capitulares, non Capitulares, Incorporated & Christianę in B. Ecclesiis etiam maiores distinctę, & minores præbend. fore noscuntur, Canonicatus &c. prouidemus, ac vnã Lubicen & aliam B. Ecclesiarum earundem etiam ex huiusmodi maioribus præbend & si quę vacant ad presens &c.

Vnum in Pisant & vnum in Florentin ac vnum in Pistorin. & vnum in Lucan necnõ vnum in Vulteran maioribus Ecclesiis Canonicatus &c. prouidemus. Necnon vnã in Pisan. & aliam in Florent. & vnã in Pistorin. & aliam in Lucan. necnon aliam in Vulteran. Ecclesiis prædictis præbend. necnõ dignitatem, vel personatum, aut officium in vna ipsarum.